

Q. N. 131, 93

Ya
5568

I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
**DIFFERENTIIS STA-
TUTORUM ERFFUR-
TENSIIUM CIRCA JUS
COMMUNE IN CASU
SUCCESSIONIS,**

QVAM
DIVINA AUXILIANTE GRATIA,
EX DECRETO ET AUTHORITY MAGNIFICI
I CTORUM ORDINIS IN PERANTIQUA & CELEBER-
RIMA ELECTORALI UNIVERSITATE
HIERANA,

P R Æ S I D E


DN. JOH. HENR. Meiern /
D. PROF. DECR. PUBL. FACULT. JURID. h. t.
DECAN. JUDIC. PROVINC. ASSESS. &c.
PARENTE MEO VENERANDO,

Ad obtinendos in Utroque JURE HONORES
Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit

JOACHIMUS ANDREAS Meier /
ERFURTENSIS, & JUDIC. ELECT.
ADVOCAT. ORDINAR.

In Auditorio Jurid. Majoris,
Horis consuetis

Diei 15. Maji, Anno 1702.



ERFORDIÆ,

Excudebat JOH. HENR. Grosch / Acad. Typogr.



12.

DISPUTATIO IN AUCTORITATE JURIDICA
DE

DIFFERENTIIS STA-
TUORUM FRETOR-
TENSIONIS CIRCA IUS
COMMUNE IN CASH
SUCCESSIONIS

AVAM
DUMS MARIANTE GATIA
EX DECRETIS ET AUCTORITATE MAGNIFICI
ORDINIS PERAMNOVAE ET CETERA
RECTORIS UNIVERSITATIS
HUMANAE

P R A E S I D E

DR. JOH. HEINR. (SICUTI)
D. BRUCE BRUCE IUS FACUL. JURID. A. P.
D. BRUCE BRUCE IUS FACUL. JURID. A. P.
D. BRUCE BRUCE IUS FACUL. JURID. A. P.

ADVOCAT. ORDINAR.
ET IUS IURIS & IUDIC. ELECT.
JOACHIMUS ANDREAS (SICUTI)

ADVOCAT. ORDINAR.
ET IUS IURIS & IUDIC. ELECT.
JOACHIMUS ANDREAS (SICUTI)



REVERENDISSIMO ac PERILLUSTRI DOMINO;

DOMINO

GODEFRIDO

PHILIPPO JO-

SEPHO FAUST

BARONIDE *Stromberg/*

METROPOLITANÆ ECCLESIAE MOGUN-

TINÆ CANONICO CAPITULARI,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS

MOGUNTINI

LOTHARII FRANCISCI

CONSILIARIO INTIMO, ejusdemque in ERFUR-

TENSI TERRITORIO PRO-PRINCIPI, COL-

LEGIATÆ ECCL. B. MAR. VIRGIN.

ERFURTI PRÆPOSITO,

DOMINO meo & Mecenati Gratosissimo, &c.

DISPUTATIONEM hanc INAUGURALEM

cum intimo voto omnigenæ prosperitatæ

Dedicat, offert, atque consecrat

Obsequiosissimus & subjectissimus

Cliens

JOACHIMUS ANDREAS *Meier.*



PRÆFATIO.
AD BENEVOLOM LECTOREM.

Miraberis forsitan, Ben. Lect. me ta-
lem pro Licentiâ Disputandi ma-
teriam elegisse, quam plerosque
vel levem & tritam, nec sum-
mos in utroque jure honores af-
fectante satis dignam iudicatu-
ros esse, facile augurari possem.
Sed desines sanè mirari, si eas,
quæ me moverunt rationes, aquâ
mentis trutinâ pensitaveris. Cùm enim
hactenus, DEO sic jubente ac volente,
Praxin veriùs hîc excolere, quàm
alias, easq; meras duntaxat & inu-
tiles juris subtilitates inquirere,
status mei & conditionis ratio postula-
verit; Igitur maximè è re esse putavi,
tale juris Thema Inauguralis Disputa-
tionis loco pro viribus elaborandum
suscipere, quod in posterum quoque
insignem mihi usum præstare valet;
Hinc diu multùmq; de eo mihi cogitanti non
occurrebat, quod ma-

gis

gis placeret, quodq; futuro usui præ ceteris proficuum esse videretur, quàm presens, de Differentijs Statutorum Erfurtensium in relatione ad Jus commune. Accipe igitur B. L. huncce ingenij mei laborem, & si fortè in illo expectationi tua non ex asse satisfecerim, id temporis penuria, multisq; meis, quibus h. t. distringor, occupationibus ut tribuas, ceteraque omnia, quæ non ad cuiusvis palatum sunt condita, æqui boniq; consulas, rogitò. Tu verò, altissime atque eterne DEUS, cœptis meis clementer adspirare, cunctaq; in divi Nominis tui gloriam, Patriæ emolumentum, nec non proprium meum commodum dirigere velis; hoc ut fiat, ardentissimis pariter atq; devotissimis Te precibus adoro.

B. C. D.

THESIS I.



Unt quædam jura in Imperio nostro particularia, quæ jure communi in plurimis articulis & causis derogant, add. *Ordin. Cameral. p. 1. tit. 13. §. 1. Ordin. crimin. in præfat. circ. fin. Conrig de Origin. Jur. German. c. 38.* Et quidem duplicis generis: Quædam enim in multis Imperij Provincijs & Civitatibus obtinent, ut est Jus Saxonicum, germ. *Sächsen Recht/oder Sächsishe Rechte*; Jus Lubecense, add. *ibid. Mevius*; quædam verò in provinciâ quadam speciali seu Civitate solùm

A 3

solùm

solùm in usu sunt, & Constitutiones provinciales, Landes-
Ordnungen/sive Constitutiones singulares, & Statuta Loci
& Consuetudines singulares, de quibus inpraesentiarum a-
gere nobis animus est, vocantur; german. *Sonderbahre*
Gewohnheit/Willkühr/oder Stadt-Recht und Gewohnheit.

TH. II.

Descendit verò vocabulum Statutum à statuo, *Livius*
1. ab Urb. quod idem significat ac decerno, seu constituo.
german. *Sezen/stellen/ordnen/beschließen/bestimmen/verord-*
nen. Basil. Faber in Thesaur. Statuere verò à Græco voca-
bulo *τάσσω* vel *τάττω*, ordino, colloco, constituto, denomi-
natur. *Schrevel. Lexic. Manual. Græc. Latin.*

TH. III.

Statutum accipitur latè vel strictè; Latè significat
omne hoc, quod cum ratione & deliberato animo est desti-
natum & propositum: Strictè verò & Juridicè legem Ci-
vilem, & municipalem, adeoque interpretationem etiam
recipit, uti affirmat Salomonius, & Zasius ad stipulatur
contra eos, nimirum qui contendunt, non aliter Statuta,
quàm verbotenus intelligenda esse. Hujusmodi videtur;
quod Romæ ab initio ante firmatam rempublicam obser-
vabatur, quamvis duodecim Tabularum Leges formam Ju-
ris habuerint, & ipsi, qui Romanæ Reip. post propagatam
Civitatem cum Imperio præfuerunt, optimè noverunt Le-
gislacionem exercere, ut illorum Sanctiones postmodum ad
instar Juris communis apud plures alias Gentes, *add. Ar-*
xbur. Dico de usu & auctor. Jur. Civ. Rom. l. 1. c. 5. §. l. 2. cap. 2.
observari meruerint & secundum istas in Judicijs ex æquo
& bono judicatum sit; qualem rationem juris generalio-
ris præcipuè præ se ferunt ipsi Pandectarum libri, quod pe-
nitius inspicienti sufficienter probatur. Quia verò nihil
magis

magis difforme est, quàm locorum circumstantiæ, non potuit Jus Romanum æqualiter ubivis observari, idcirco scribi Statuta cœperunt, quibus ex certâ causâ non solum aliquid additur, aut detrahitur Legi generali, verùm etiam contra Legem generalem Romanorum nonnunquam introducitur, *l. 9. ff. de Just. & Jur. & §. 1. Instit. de Jur. Natur. Gent. & Civil. Bart. in l. omnes populi 9. ff. de Just. & Jur.*

TH. IV.

Dicitur Statutum aliàs Consuetudo loci, puta specialis, lex civilis, vel municipale constitutum, item jus municipale. *Bertrach. in Repert. Juris. Contr. lib. 1. Com. c. 10. num. 3. & Timæ Fab. D. 3. th. 8.*

TH. V.

Ex his fluit Descriptio, seu definitio Statuti, scilicet quod sit Municipij constitutum inter eos, qui ejusdem membra sunt vim legis obtinens, *d. l. omnes populi 9. ff. de just. & jur. & l. cunctos populos 1. C. de sum. Trinit. in l. constitutionibus 24. ff. ad Municipal. c. 1. 2. de Const. in VI. Cap. 2. §. Ceterum. & §. statutum, de V. S. in 6. Aurb. causa C. de SS. Eccles. add. Bach. in prim. part. Pandet. rubr. de statut. n. 2. 3.*

TH. VI.

Statuta & leges locales non solum Status Imperij in suis Provincijs, sed etiam Civitates Municipales, germ. Landstãdte / pro modo tamen jurisdictionis & potestatis suæ sibi condere possunt. *rot. titul. de decret. ab Ordin. faciend. & Dd. in l. omnes populi 9. ff. de J. & J. ad eorum verò valorem Superioris confirmatio, præsertim si sit contra jus commune, & Superioris interesse possit, requiritur. Wesenb. par. ff. de LL. Coler. de proces. execut. p. 1. Disp. 3. th. 41. iisque etiam forenses, quibus modis forum ibidem sortiuntur, obligantur. Quin & dispositio ultimæ voluntatis, secundum Statuta*

Statuta loci facta ubique, etiam extra Statuentium territorium valet, quod etiam in Camera approbatum testatur, Gail. 2. Obs. 123. Mynf. 5. Obs. 20. Bocer. d. D. tb. 43. Hinc resultat quaestio, an quævis Civitas Municipalis leges hujusmodi locales, sive statuta condere possit? Quam procul dubio ita optimè decidi posse, putant Dd. si distinguatur inter Civitatem municipalem, quæ habet taliummodi privilegia, unde quoque privilegiata dicuntur; hæ enim vi privilegij Statuta, etiam absque confirmatione superioris rectè condunt, vid. Dn. David Mey. Jus Lubec. quest. prelim. 2. n. 43. in Romana enim Republica permissum erat Municipibus, ut suis viverent Legibus, l. 37. de reb. auth. judic. possid. l. 21. §. ult. ad municip. l. 5. §. 1. de jur. immu. l. fin. §. 28. de mun. & bon. l. 3. §. 4. quòd vi aut clam. l. 1. pr. de alb. scrip. l. 9. Cod. de testam. Bachov. in prim. part. pandect. rubr. de stat. num. 2. 3. Aliæ verò destituta sunt ejusmodi privilegij, & hæ sine confirmatione Superioris statuta ordinare non possunt; Conf. Matth. Coler. de proc. Exec. p. 1. c. 3. n. 12. Thoming. Conf. 24 q. 5. Heig p. 1. q. 23. num. 20. & seqq. Mey. d. l. num. 55. & 62. Job. Gutier. de Juram. confirm. p. 1. c. 38. Richt. dec. 3. num. 4. Eadem ratione & aliæ Universitates possunt Statuta condere & sodales ad ista observanda ad modum factionis obligare, l. ult. de colleg. & corp. Sed ejusmodi Statuta absque Superioris, sine quâ Collegium, seu corpus non subsistit, l. 3. §. 1. ff. d. tit. colleg. nullius sunt momenti. Quâ ratione etiam hodie Statuta Opificum, germ. Innungs- Artikel / absque confirmatione Principis effectui obligandi destituntur, vid. Carpzov. 1. Respons. Elector. resp. 48. Richt. Dec. n. ult.

TH. VII.

Statuta semel condita & promulgata habent vim Legis
d. l.

d. l. 9 ff. de Just. & Jur. & in dubio casu ex eo tempore, quo publicata sunt, recepta præsumuntur, aded ut is, qui contrarium asserit, quod nimirum statuta recepta non sint, probare teneatur. *Jac. Schult. p. 2. quæst. pract. 66. Carpxov. part. 1. decis. 3.*

TH. IIX.

Lex, seu, quod ei æquiparatur, statutum, afficit res non minùs, quam personas. *l. 1. in fin. l. 2. l. ult. C. ubi in rem act. l. un. C. ubi hered. agit.* Hinc vulgò dicitur, statuta tenere bona in territorio Statuentium, *Alex. cons. 16. num. 1. lib. 1. Natta Consil. 148. num. 1.* Quòd vero de Statutis, res forensium obstringentibus, dicitur, haut sine distinctione accipiendum esse, arbitror: Multi enim congruà ratione interesse docent, an statutum conceptum in rem sit, an in personam: Priori casu Forenses, quoad bona, sub Statuentium jurisdictione sita, obstringi existimant, non verò posteriori casu, de quo latius videri potest *Tiraquell. tract. de primogen. quæst. 46. num. 5. & seqq. Cotbman. Cons. 31. num. 125. & mult. sequent. Volum. 1. & Consil. 73. num. 98. & sequent. Volum. 2. ubi de communi testatur Pruckman Consil. 17. num. 23. Vol. 1.* Quam distinctionem utilem & sequendam esse puto; si modò appareat, principaliter de Personis, vel re agi, ita ut alterutri quid impositum, vel demptum esse velit; secus verò, si Statutum in Personam, non personæ gratià, aut in rem, non rei causà conceptum reperiat. Enimvetò, quando principalis mens Statuti, quæ semper investiganda & inquirenda est, non disponit de Personâ habilitandâ, vel inhabilitandâ, ut Dd. vulgò loquuntur, sed circa res, de ijs disponendo statutum verfat, licet sub personarum mentione, non statim quoad exclusionem forensium, pro Statuto in personam concepto habendum est, sed in rem loqui

B

conce-

conceditur; ratio, quia secundario saltem & propter rem, persona nominata intelligitur: Et sic vice versa, cum circa personas principaliter disponit Statutum, tantum autem facit mentionem rerum, propter personas tamen factum, non sufficit ad arguendum in rem, loqui Statutum de rebus, *vid. Mascard. tract. de Gener. Statut. interpr. conclus. 6. n. 182.*

TH. IX.

Cessat verò Statuti obligatio, ubi deficit Jurisdictio, *Crav. Consil. 30. per tot.* Nec jus municipale, seu consuetudo loci ad bona Civium, extra districtum illius sita, spectat, sed quoad ea obtinet Statutum, vel consuetudo loci. *Gail. 2. Observat. 124. num. 9. & seqq.* Hinc quaestio oritur, an Statuentes possint obligare Cives extra territorium statuentium? Quam adhibitâ distinctione decidi posse, autumo; aut enim verba Statuti concepta sunt in rem, aut propter rem, & sic respectu rei censentur comprehendere Cives existentes extra territorium, *Bartol. in l. 1. num. 32. Cod. de Summ. Trim. Menoch. praesumpt. Lib. 2. num. 12.* vel Statutum, inhabilitat contrahentis personam ratione formæ, e.g. quòd mulier prohibeatur contrahere sine Curatoris consensu; & hoc modo comprehendit etiam statutum foràs contrahentem, *Mascard. de genere Statut. interpr. Conclus. 6. num. 115. & mult. seq. Medius ad Jus Lubec. quaest. 6. num. 5.* Si verò in personam concepta, vel certam solemnitatem contractibus addidit, non obligat Civem extra territorium Statuentium, sed relinquitur ipsi libera facultas disponendi. *Mascard. de genere Statut. Interpr. Conclus. 6. num. 109. & seqq. Paris. Consil. 99. num. 54. lib. 1. Menoch. d. praes. num. 7. & seqq.* ut ipsi non sit prohibitum, extra Civitatis districtum jure & privilegio circa contractus uti velle. *Decian. pract. Crim. lib. 2. cap. 35. num. 38. Barbat. Consil. 37. Vol. 4.*

TH. X.

In genere ad Statutorum nostrorum materiam quod
que pertinere videtur Differentia bonorum, quod sint vel
mobilia, vel immobilia, Feudalia, vel Allodialia: Quibus spe-
ciebus paululum postpositis, ad hanc primo loco, quod bo-
na sint vel beneficio fortuna parta, vel cura & labore acqui-
sita, convertimur: Illa sunt, quae ex hereditaria successio-
ne & similibus acquiruntur, germ. *Ererbte/ oder geschenckte*
Güther; nec interest hereditaria an sint, paterna, mater-
na, avita, sive aliunde ab extraneis delata. Hæc verò, quæ
cura, labore & industria comparantur, & prioribus oppo-
sita in Statuto nostro *in ord. Statut. gener. ar. XXXVII.* dicun-
tur *erworbene Güther.* *Rennem. Jurispr. Rom. Germ. memb.*
2. de Jur. Res. Disp. XXIX. tb. 20. lit. 6. c. cl.

Hæc industria & labore parta, pro distinguendis Statu-
ti nostri casibus diversis, obvenerunt, vel extra matrimoni-
um, sive ante primum, aut, hoc soluto, secundum, tertium,
&c: Vel in ipso matrimonio, sive primo, sive secundo: Ubi
præmittenda quaestio: An utriusque Conjugis labor ad hoc,
ut bona acquisita dicantur, requiratur? Riger verborum
quidem in Statutis, *in ord. stat. gener. III. § II.* ut verba so-
nant: *Und erarbeiten Güth mit einander*: Et paulo post:
Das Erbe/ das Sie also mit einander erworben / soll fallen
auf das andere/ so noch am Leben/ importare videtur citra
utriusque Conjugis laborem acquisita bona haut intelligi,
potissimum quia statuta secundum vulgarem verborum u-
sum accipienda sunt. Praxi tamen, certior Legum & Sta-
tutorum interpretes, ferè obtinuit, ut mens Statuti, ut etiam
ad bona illa, quæ alterutrius saltim operâ & studio acquisita
fuerunt,

fuerunt, extenderetur; cuius rationem reddunt; quod, licet alter Conjugum, praesertim uxor, non semper ad acquirendum suam industriam vel labore sufficiens sit; eo tamen ipso & hac quoque acquirere censetur, dum bona mariti suo studio & industria parata, simul oeconomicè conseruat. Et verba Statuti, mit einander/ extra proprium sensum significare dicunt statum Matrimoni, in stehender Ehe; quam significationem elicere conantur ex Statut. Erfurtens. CIX. verb. Alle unbewegliche Güther/die Sie/intellige Coniuges, mit einander: hoc est, durante Matrimonio compararunt: Ut verba, mit einander/ per verba, in stehender Ehe / tanquam æquipollentia declarari possint; Quam ratione & alibi gesambter Hand Güther dicuntur die nicht an lediger / sondern gesambter Hand/oder in stehender Ehe/erzeiget worden.

TH. XII.

Tertia differentia est, quod alia bona per procreationem sobolis devolvantur ad superstitem conjugem, alia verò non: Illa sunt, quæ cum antè fuerint propria alterutrius, vel utriusque, sive mariti, sive uxoris, per procreationem sobolis ex utero matris prodeuntis, postea verò ante parentes vitam cedentis, inde conjugibus eventu facta sunt utrimque hæreditaria: Hæc verò, quæ, procreatione sobolis cessante, proximis heredibus debentur, *Art. Stat. VI.*

TH. XIII.

Quarta est, quod sint vel in matrimonium *illata*, vel eodem durante matrimonio *accepta*. *Art. Stat. Erfurt. XVII.* Illa, quæ conjux conjugum utrique, vel alterutri ab initio nuptiarum attulit; germ. Die stracks anfangs in die Ehe einander zugebrachte Güther. Hæc verò, quæ consistentibus nuptiis conjugum ex labore, vel aliunde liberalitate fortunæ ob venerunt, germ. Die in stehender Ehe erlangte Güther.

TH. XIV,

Quinta denique est , quod bona quædam nullam à Possessore alienationem passa sint ; Quædam verò prioribus quocunque modo alienatis sint substituta. Ocasione hujus quæritur : An Maritus bona etiam stante matrimonio acquisita alienare possit ? Quamvis hæc quæstio difficultate carere non videatur, tamen rationes sequentes tuentur affirmativam : Bona enim stante Matrimonio acquisita & , quæ uxor, vivo Marito, vel mox post mortem hujus emit, vel aliter acquisivit, de bonis mariti, ut turpis quæstus suspicio evitetur, comparata censentur, *L. 51. ff. de donat. inter virum & uxo., ubi Bart. Et Dd. communiter, l. 6. Cod. eod. Alciat. Reg. 3. presunt. 26. num. 1. Job. Lopez. de Lucr. const. matr. adquisit. s. 4. num. 1. 2. & 15.* Nec obstat *l. 1. rer. amotar. l. 1. & 3. Cod. de crim. expil. hered.* quod uxor in his intuitu mariti dicatur socia ; id enim solùm ratione commixtionis vitæ, seu cohabitationis, ut inquit Capycius *Decis. 27. num. 32. Covarr. epie. de matrim. part. 2. c. 7. n. 5. accipitur.* Ergo potest Maritus, tanquam Dominus & arbiter rerum, bona stante matrimonio industriâ suâ acquisita liberè alienare.

TH. XV.

Cum suprâ thesi decimâ dictum sit de *rebus mobilibus*, operæ pretium esse duco hic explicare, quamnam res appellatione mobilium veniant sunt igitur mobiles res nihil aliud, quàm quæ integræ & salvæ manentes de loco suo moveri & in alium transferri possunt, *l. 93. ff. de F. S. l. 15. §. 2. ff. de re jud. l. 1. §. 1. ff. de R. V. Vult. ad tit. instit. de rerum divis. num. 5. Elias Robert. Disput. 6. tb. 5. Ludw. Exercit. ad Instit. s. tb. 1. lit. C.* Hisce accensetur pecunia numerata, etiamsi ad emtionem prædiorum fuerit destinata; *Nov. 22. s. 45. vers. Si verò universa. & l. 8. ff. de publi. rem*

act. quia aliud est pecunia per se considerata, aliud verò est destinatio pecuniam in usum impendendi, animo Domini concepta, l. 17 §. *Sed & vinum. vers. Ligna autem, & §. ea, quæ ex edificio 10. ff. de act. empt. l. 55. §. 7. ff. de legat. 3. argument.* Simplex enim destinatio ad rei qualitatem mutantam, nihil operatur, l. 41. §. 14. ff. de legat. 1. & l. 3. *Cod. de fart.* Secus verò si testator in ultimâ voluntate ipso actu disposuit, ut pro certâ pecuniâ quantitate prædium comparatur, forsân avitum, vel tale, in quo ipsi competit jus retractus: Hæc enim dispositio diligenter observanda est, *Et il. lib. 2. Observ. II. num. 6. Arnold. de Reyger. in thesaur. jur. sub Vocab. pecunia. n. 89.*

TH. XVI.

Porro inter res mobiles refertur etiam Pecunia ad negotiationem aliquam deputata. germ. Das Geld/so man in ei-
ner Handlung hat/nullo habito respectu ad actum destinationis, *Berlieb. part. 53. conclus. 30. num. 5.* Ita enim respondit Facultas nostra die 23. Jul. ad. 1627. cuidam Civi Erfurtensi, sub ficto nomine Titij, da nicht allein der vorhandene Weid/sondern auch die aus solchem Weid-Handel auffen stehende Schulden unter die bewegliche Gütther sind gerechnet worden. Item pecunia foenori actualiter data, seu ad cambium collata: Das Geld/so auff Zinsen ausstehet / oder in Wechsel lieget; Nam & hæc nomine mobilium comprehenditur, *Berlieb. d. part. 3. conclus. 30. num. 6.* Item pecunia ex bonis immobilibus redacta: Aliud enim est res vendita, aliud pecunia ex re venditâ redacta l. 25. §. 1. ff. de petit. heredit. l. 18. §. 1. & §. ff. eod. Neque enim pecunia in locum rei succedit. *Reunem. membr. 2. de Jur. Rer. Disput. 2. tb. 16. lit. B.*

TH. XVII.

Inter res mobiles quoque refertur pecunia hereditaria,

ria , germ. Erbgeld/ si modò solutionis dies illius venerit; sin non venerit, rebus immobilibus computatur. *Berlich. part. 3. conclus. 31. num. 1. & seqq. & p. 1. concl. 64. num. 115. & 116. Carpz. p. 3. C. 21. D. 8. num. 1. 2. 3. Ruding. Webner. & Besold. in vocab. Erbgeld.* Propriè vero dicitur pecunia hereditaria , quam Heres coheredi ex immobilibus bonis hæreditatis patris, matrisvè , aut alterius cujusvis , communiter acquisitis , iudicio Familiæ heriscundæ obligatus solutioni definitis intervallis præstare tenetur , *l. 3. Cod. Comm. divid. Berlich. alleg. loc.*

TH. XIIX.

Potissimum autem tria requiruntur, ut pecunia propriè dicatur hæreditaria , I. Ut heredi à cohærede præstetur ex rebus hæreditarijs , germ. aus ihres Vaters / Mutter's/ oder andern angestorbenen Gùthern/ II. Ut absque præcedente venditione, ex causa divisionis , cohæredi pro suâ portione assignetur pecunia. III. Ex bonis solummodo immobilibus , non mobilibus. *Carpz. part. 3. Const. 21. def. 8. num. 4. & seqq.*

TH. XIX.

Reditus quoque annui, & quidem illi, qui ex locationibus, aliòvè contractu ad tempus debentur , germ. Pacht / oder Mieth-Gelder / de Jure communi & consvetudine indistinctè pro rebus mobilibus habentur. *Angel. in cons. 328. col. 1. & 2. Bald. in c. 1. in pr. col. ult. quest. 1. de pac. tenenda. Item Navis, l. 20. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 6. & 7. ff. de vi & vi armata. Besold. Thesaur. pract. lit. F. sub voce Fâhrende Haabe.* Nec minus molendina, aquis super natantia, adnexa , germ. Schiff-Mùhlen. *Rennem. Tract. de jur. Rer. membr. 2. D. II. Th. XVII. lit. a. b. c.*

TH. XX.

Aliter tamen comparatum est cum redditibus annuis perpetuis ex immobilibus præstandis, Jäheliche Ewige Erbzinsen / licet in mobili rependantur, qui, dies quatenus solutionis eorum nondum venit, germ. ohnvetagte Renten / oder noch ohnverfallene Zinsen / rebus immobilibus accensentur, in quo cum nostro Jure Provinciali convenire videtur Jus Canon. & Saxonicum per text. in *Clement. cap. 1. vers. cum q. annui. d. v. s. Novell. Elect. August. p. 3. const. 24. in princip. vers. Auff liegende Gründe / & vers. Aus unbeweglichen Güthern: cum §. seq. & §. fin.* Damit nun. *vers. Darüber aber ibique Berl. p. 3. concl. 34. num. 11.* neque contrarium Jure Civili legitur dispositum, *vid. l. 34. Cod. de SS. Eccles. Nov. 7. cap. 1.* Si verò dies solutionis eorum venit, betagte Renten / oder verfallene Zinsen / pro rebus mobilibus tam Jure nostro speciali, quàm Saxonico habentur, cum illi æquiparentur fructibus à solo separatis. *Rennem. cit. memb. 2. D. 2. tb. 12. lit. C. Gail. l. 2. Observ. 10. num. 4. Land. R. lib. 3. art. 76. sub fin. Nov. Elect. Aug. p. 3. const. 24. d. fin. §. vers.* Darüber sind auch. *Berl. d. p. 3. concl. 34. num. 36.* Et distinctio hæc inter cessos & non cessos redditus annuos usque adeò vera est, ut, si partim cessi sint, partim verò non, de ijs pro ratâ temporis judicandum sit, ita ut quatenus dies solutionis cessi sit, pro mobilibus; quatenus autem non, cessi sit, pro immobilibus accipiantur, *Bercl. d. p. concl. 34. num. 37.* à quibus posterioris generis, stante Statuto, quòd superstes admittatur conjux ad successionem bonorum mobilium, excluditur. *Mynf. cent. 1. Obs. 69. & possidens tales redditus non satisfacit. Tyr. pr. histor. p. 1. Observ. 3 c. 10.* neque possunt absque decreto Magistratus alienari, *Mynf. d. l. & in ijs etiam obtinet Jus retractus. Tiragu. de Jur. Retract. §. 1. gl. 6. n. 3. Bocer. cl. 3. Disp. 22. tb. 23. Rennem. d. m. 2. D. 3. tb. 32. lit. D.*

Fructus quoque, sive naturales in specie, sive industriales, prout distinguntur, à solo tamen necdum separati, sed adhuc stantes, Jure communi quidem inter res immobiles referuntur, quia, quamvis fortè improprie, pars fundi censentur, *l. 44. ff. de R. V. Coler. Decis. 253. num. 1. Bocer. d. d. disput. 1. 26. 12.* & portionis instar obtinent, *l. 76. §. 2. Legat. 2.* quapropter etiam vendito fundo isti, pendentes fructus scilicet, simul venditi intelliguntur, *l. 13. §. 10. ff. de act. emt. l. 13. Cod. eod. Köpp. Decis. 30. n. 1. Covarruv. l. 1. resolut. c. 15. num. 1.* & fundo infeudum dato simul iisdem Vasallo cedunt, *arg. l. fin. §. 6. que in fraud. cred. Schrad. de feud. p. 3. C. 4. num. 7. Vult. de Feud. lib. 1. c. 5. num. 4.* ex eadem ratione nec hæredibus fructuarij ex fructibus ultimi anni pendentibus portio debetur, *§. fin. Instit. de Usufruct. & §. 36. Instit. de Res. Divis. Hen. Disput. ad Instit. 4. q. 22. Bocer. cl. 4. Disput. 4. th. 17.* nec fundi legati fructus pendentes ad hæredem, sed ad legatarium pertinent, *l. 27. ff. de Usufr.* quod comprobavit *Nov. Elect. Aug. p. 3, Const. 13.* Daß die Früchte mit dem Grunde / und beschiedenem Guthe dem Legatario zuerkand werden sollen. Jure tamen Statutario Erfurten- si fructus industriales fundo inhærentes mobilibus accensentur, *Stat. X. bis verbis:* Wenn Geträide / oder Saamen auf den Acker geworffen wird / und die Eyde das bestri- chen hat / so ist es vor fahrende Haab zuachten. Et secundum hoc Statutum à Senatu pronunciatum est in causa Margarethen Groschnerin contra Hansß und Günthern Bastian Gebrüder von MACH ad. 1504. quod immota praxis usque ad nostra tempora observavit. Extenduntur citati Statuti verba etiam ad vites: nam uvæ à vitibus nondum decerpæ æque ac Vinum ac Mustum ad mobilia &

C

indu-

industriales fructus referuntur, l. 7. ff. de solut. matrim. Berlich. p. 3. Concl. 43. num. 62. Secus autem obtinet in naturalibus: Sic foenum immaturum, seu gramina neque statuto, neque Consuetudine, pro re mobili, sed potius, juxta dispositionem juris communis, pro parte fundi habentur; l. 44 ff. de R. V. l. 48. §. 1. ff. de usufr. l. 31. ff. de V. S. Jure autem Sax. à die 1. Maji mobilibus computantur. Const. Elect. 32. §. Die Früchte so naturales part. 3. Berlich. part. 3. concl. 45.

TH. XXII.

Præmissis itaque generalioribus, progredimur nunc ad specialia Disputationis nostræ. Inter Conjuges olim nulla erat successio, sed Prætor ex ratione aliqua civili, varios scilicet Conjugij casus considerans, Conjuges, si defuncto conjugei nec liberi, nec parentes, nec cognati ulli superfuissent, ad successionem vocavit, l. un. ff. unde vir & uxor. Idque postmodum ab Imp. confirmatum in dict. l. un. Cod. unde Vir. & Uxor. Cothmann. Volum. 2. Consil. 1. Rittersh. p. 7. expos. Novell. Cap. 10. num. 2. idque Jure novissimo extensum est, ut uxor, inopiâ laborans, etiam extantibus liberis, marito locupleti pro numero liberorum, si nimirum tres, in quartam, vel si plures in virilem partem usufructus, & viceversâ maritus in simili casu uxori, servatâ liberis proprietate, succedat; in quam portionem tamen & legatum impûatur, Avhent. præterea Cod. unde Vir & Uxor, Novell. 140. c. 5. si verò nulli liberi extant, partem istam conjugum superstes accipit pleno jure, Novell. 17. c. 5. d. Avhent. præterea Cod. in fin. unde Vir & Uxor. Fach lib. 10. Contr. 72. Ab hoc autem Jure omninò divortium faciunt Statuta & Judiciorum nostrorum recepta praxis. Antequam verò huc progredimur, quæstionem hanc præmittendam esse autumo, num conjugum appellatione veniat etiam

Spon-

Sponsus & Sponsa ? Dd. vulgò distingvunt inter Sponsam de præfenti & futuro. Förster. de succ. ab intest. lib. 9. c. 3. num. 8. & de Sponsa de præfenti res dubio caret, cum & hæc uxor dicatur, l. 15. ff. rer. amot. l. 15. ff. de condit. & demonstr. l. 31. ff. de Reg. Jur. Bald. & Interp. in l. un. Cod. unde Vir & Uxor, sed Sponsam quoque de futuro appellatione conjugis venire & fiscum excludere probant arg. l. 4. ff. de fund. dotal. l. 5. Cod. de bon. que liber. Val. Rimer. D. 8. q. 8. Ludwel. D. 10. th. 5. lit. B. Quod igitur statutariam attinet successione, ad hanc non tantum Conjux admittitur, sed etiam secundum Statuti mentem in arbitrio superstitis est, an velit esse hæres bonorum mobilium præmortui, an unà cum liberis in univèrsa bona quoad partem virilem pleno jure succedere. Art. Statut. Erfurt. in ord. gen. X. Priori casu omnia debita in eodem matrimonio contracta solvere tenetur; posteriori verò casu pro suà tantum portione hæreditatià quæcunque mariti debita subire compellitur d. Art. X. statut. Erfurt. Bona tamen sua illata conferre non cogitur, sed jure creditoris ultra propriam ratam à coheredibus repetit, aleg. Stat. & Responsò cujusdam Colleg. Jurid. in Causa Wilhelm Bockens / Burgers zu Erfurt / ad. 1639. concepto declaratur verb. So seyð ihr zwar deshalb / was ihr zu euer Frauen würcklich gebracht / und in ihre Gütther gemendet (welches ihr / wie zurecht gnugsam eigentlich bescheinigen müßet) zu conferiren nicht schuldig.

TH. XXIII.

Usufructum vero Matrem, extra casum inopiæ, de quo Th. præc. in portionibus liberis ex paternâ hæreditate obvenientibus, alijsve eorum bonis habere, nulli legitur, cum tantum Patri, vi patriæ potestatis, quæ

nūquam Matri in liberos tributa fuit, competat; Superiori casui de usufructu matri competenti addi potest, si Mater ad secunda transijt vota & ex causa liberalitatis defuncti mariti, vel successione ejusdem aliquid lucrata est, scil: propter sponsalia, vel donatione propter nuptias, legatis, aut fidei commissis, aut liberorum pramortuorum successione, *add. l. 3. pr. & §. 1. Cod. de suc. nupt. Avrb. in Donat. & avrbent. Ex testamento. Cod. eod. l. 5. ff. ad S. C. Tertull. & hoc quoque in patre obtinere videtur ex l. 5. Cod. de secund. Nupt. Job. Köppen. 1. observ. pr. 82.* Longè aliter obrinet ductu Statuti nostri Erfurtenſis, quo Mater in bonis, stante matrimonio acquisitis usufructum ad dies vitæ sibi vindicat, etiamsi liberi à domo illius separati alimenta hætenus ab eâ non acceperint, vel ipsa etiam ad secunda vota transierit. *Art. X. Statut. Erfurt. pr. verbis: Der Kinder Mutter soll sitzen in alle dem Guthe / das der Mann mit ihr erworben hat.*

TH. XXIV.

Thesi præcedenti vigesima secunda diximus de successione conjugum cum optione ijsdem competente juxta Statuta nostra, quod tamen admitti debet quatenus legitima liberorum non læditur, *Alex. Vol. 4. cons. 134. n. 33.* aliàs illa liberis ex mobilibus supplenda est; quippe Statutum, generaliter disponens, liberorum legitimam non excludit, siquidem in Statuto casus de legitimâ omiſſus dispositioni Juris communis relictus videtur. *l. 22. pr. ff. de solut. matrim. l. 10. ff. de lib. & posthum.* Nec statutum generaliter conceptum ad personas privilegiatas extendendum *l. fin. §. vers. exceptis. C. ubi quis de curial. vel sobortal. aliade condit. conven.* nec ad legitimam portionem

onem porrigendum est. *Salic. in autb. novissima. n. 43. C. de in offic. testam. Wesenb. consil. 24. n. 6.* quemadmodum nec pacta dotalia, verbis indefinitis concepta, liberos legitimâ debita privare possunt *l. 1. & t. t. C. de in offic. testam.*

TH. XXV.

Pro conjugibus autem habentur & Statuto hoc gaudent, qui thorum conjugalem conscenderunt, non verò qui ante conscensionem thori moriuntur, *Art. Statut. XIII. vel in Ord. gener. CIX. Tit. Wie Mann und Weib einander erben*: in verbis: Wenn sich zwey verehlichen und Wirthschafft mit einander haben / so ist alsobald Sie das Ehebette beschritten / alle ihre fahrende Haabe zu santmen vererbet / also welches zu erst stirbt / so folget dem andern alle fahrende Haabe zusammen erb- und eigenthümlich etc. Ubi observandum est, quòd hoc Statutum nostrum de conjugibus, thorum conjugale conscendentibus, etiam locum habeat, licet alter conjugum post contractas nuptias & benedictionem sacerdotalem, eâ ipsâ nocte, quâ primum una cum altero conjugè concumbit, aut paucis diebus post, nondum habitâ cum altero consuetudine conjugali moriatur, *arg. l. 5. & seqq. de rit. nupt.* nam quod de conscensione thori statutum dicit, id de copula conjugali præcisè intelligendum non est, sive mutuo consensu se ab eâ abstinuerint, sive in orbo aliquo, vel magis arribus aliòve quopiam casu inopinato superveniente impediti fuerint, *Moller. lib. 3. semestr. cap. 23. n. 2. 3. 4.* Si verò ante conscensionem thori conjugalis Sponsus, vel Sponsa moriatur, ut si fortè primâ die nuptiarum Sponsus vel Sponsa in lethalem inciderit morbum & ante conscen-

scensionem thori conjugalis altero die decedat, tunc non solum de Jure hocce Statutario, verum etiam Saxonico expeditum est, quod superstiti sponsæ vel sponso ea, quæ conjux è conjugis bonis lucratur, non debeantur. *Moller. lib. 3. semestr. cap. 23. n. 5. Et ad Constit. Elect. Saxon. 19. n. 5. 6. part. 3.* ubi dicit, se scire, ita Lipsiæ cuidam Sponso contigisse. Post eam nequidem dubitandum, quin maritus uxori, & uxor marito, juxta Statuta nostra, in mobilibus bonis succedat, cum in bonorum mobilium successione statuta loci maximè attendantur, in quo nimirum defunctus domicilium habuit, *Carpz. p. 3. Const. 12. Def. 13.* Qui autem juris Statutarij particeps esse vult, debet esse incola: Incola autem dicitur, qui in aliqua regione domicilium suum instituit, *l. pupillus. 239. §. incola. 2. ff. de V. S.* hoc est, ubi larem rerumque ac fortunarum suarum summam eâ intentione contulit, ut inde non sit discessurus, si non præter spem quid avocet. *Gail. lib. 2. obs. 35. n. 8. Carpz. p. 3. Const. 12. def. 18.* Non igitur debet esse subjectus alienæ jurisdictioni, quoniam Statuta non possunt obligare non subditos ex defectu potestatis *l. 8. ff. de Jur. Et Carpz. part. 3. Constit. 12. def. 16.*

TH. XXVI.

Defuncto itaque altero conjugum in prædio sub jurisdictione Erfurtenfi conducto, superstes conjux non succedit in bonis mobilibus ejus juxta Statuta Erfurtenfia, ex rationibus nimirum antea allatis. Nec incolæ veri in Civitate Erfurtenfi defuncti superstes conjux juxta Statuta Erfurtenfia in ejus bonis mobilibus succedit, si is non Magistratui oppidaneo, sed alterius jurisdictioni fuerit subjectus. Quò pertinent non solum Clerici, Professores

res

res in Universitatibus, verum etiam Possessores ædium privilegiatarum, so frey Hänßer besitzen / so dem Rath nicht unterwürffig sind / *Carpz. part. 3. Constit. 12. Def. 19.* nisi alio respectu Magistratui oppidaneo sint subjecti, *vid. Gail. lib. 2. Obs. 35. n. 4. Carpz. part. 3. Const. 12. Def. 20.*

TH. XXVII.

In successione mobilium attenduntur Statuta domicilij licet defunctus alibi mortuus sit, e. g. Es stürbe ein Erffurtischer Bürger oder Bürgerin zu Leipzig / oder anders wo / dahin sie etwa ihrer Handlung / Gewerbes / oder anderer Geschäfte halber verreiset sind : Ob alsdann auf die Leipziger / oder anderer Derther Statuta, alwo sie verstorben/zusehen sey ? Ratio dubitandi est, quia mobilia ac nomina ossibus dicuntur adherere ejus, cujus sunt, ubicunque etiam terrarum ea inveniantur. *Matth. Coler. de Process. Execut. p. 1. c. 3. n. 230. Jacob Schultes. p. 1. quest. 39. n. 12. Carpz. lib. 6. Resp. Elect. tit. 4. Resp. 38. n. 1. seq.* Ratio verò decidendi est, quod bona mobilia censentur esse sub jurisdictione ejus loci, in quo Paterfamilias ea perpetuò habet, aut habere se perpetuò velle disposuit & ordinavit ; totum enim hoc negotium à voluntate patris familias dependet, *Carpz. p. 3. Const. 12. def. 13.* Ossibus itaque, vel personæ defunctæ mobilia inherere dicuntur, si per ossa non hominem, sed domicilium ejus intelligamus. *Schultes. p. 1. quest. 39. n. 54.* quia mobilia adherent domicilio, ceu accessorium suo principali *l. namque accessorium ff. de pecul. legat.*

TH. XXVIII.

Hoc, quod dictum fuit in præcedenti thesi etiam locum habet in nominibus, juribus & actionibus, in *aussen stehen*

stehenden Schulden / cum nomina debitorum jura & actiones ex persona Creditoris aestimanda sunt, eidemque subjacent jurisdictioni, sub qua Creditor habet domicilium *Carpz. p. 3. Const. 12. def. 14.* Nec quicquam refragatur, quod defunctus in loco, ubi nomen reliquit, etiam bona immobilia habeat, *Carpz. p. 3. Const. XII. def. 14. n. fin. 8.*

TH. XXIX.

In mobilibus tamen ad certum locum destinatis aliter se res habet, in quibus secundum Statuta loci ad quem destinata sunt, succeditur, veluti sunt oves, & animalia ad prædium certum destinata, ut ibi perpetuò sint, & agrum stercorent. *l. 84. §. 10. ff. de legat. 1. l. 86. ff. de legat. 2. l. 86. ff. de legat. 3. l. 35. §. 3. & seqq. de hered. inst. Hartm. Pisl. Obs. 55. n. 3. Carpz. p. 3. Const. 12. def. 15. n. 3. & seqq.* Ex voluntate defuncti scilicet, qui destinando mobilia ad certum locum ejus territorio ac jurisdictioni subjecisse videtur, perinde uti aliàs regulariter res mobiles ex defuncti voluntate ad domicilium suum censentur destinatae, *Jacob Schult. part. 1. quest. 39. n. 31. & 43.* cum totum hoc negotium ex voluntate patrisfamilias dependeat, *dict. l. 35. §. rerum. ff. de hered. inst.* Sin autem mobilia reperiantur in loco, ubi defunctus quoque reliquit immobilia, reputantur esse illius loci, ubi sita sunt, quia nempe defunctus ea non minus post se relinquere voluit secundum statuta loci, ubi reperuntur, quàm immobilia, ut tradit *Hartm. Pisl. dict. obs. 55. n. 6. Job. Köpp. dict. decis. 31. n. 18.* Diversitatis ratio autem datur inter nomina & cætera mobilia reperta in loco, ubi defunctus etiam immobilia reliquit, quòd actiones

nes semper personæ inhæreant *l. 3. ff. pro Socio. Carpz. partz. Const. 12. Def. 15. n. 5.*

[TH. XXX.

Si verò defunctus nullum planè domicilium habuit, successio in rebus mobilibus secundum Statuta originis fieri debet, *Carpz. p. 3. Const. 12. def. 13. n. 12. & part. I. decis. I. n. 18.* Hoc verò tantum obtinet in successione mobilium; secus verò est in immobilibus, in quorum successione attenduntur Statuta loci, ubi sita sunt *Carpz. p. 3. Const. 12. def. 12. & def. 16. n. 8. item def. 9. n. 3.* quia omnes res soli, sive bona immobilia sunt tantum sub territorio & jurisdictione ejus loci, in quo jacent, *l. 1. in fin. l. 2. & ult. Cod. ubi in rem actio. l. un. Cod. ubi de hered. agitur. l. 4. §. 2. ff. de censib.*

TH. XXXI.

Hic non immeritò, quæritur an non etiam conjux superstes, quæ juxta Statutum Erfurtense bona mobilia lucratur, simul etiam in bona immobilia, quæ stante matrimonio sunt acquisita, altero conjuge defuncto, succedat? Videtur quod sic, cum Statutum XVII. quod de mobilibus tractat, simul etiam de immobilibus disponit verb: Wenn ein Ehegatte stirbet / daß den andern auch alle unbewegliche Güther / die Sie mit einander instehender Ehe serzeuget und erworben haben / nichts ausgeschlossen / folgen soll. Sed hoc tantum locum habet, quando liberi ex legitimo matrimonio non sunt superstites *D. Benj. Schütz. ad Stat. Erf. p. II. Tit. 4. §. 2. n. 15.*

TH. XXXII.

Quamprimum itaque conjuges thorum conjugalem conscenderunt, sibi mutuò, succedunt, juxta Art. XVII. tit. Wie Mann und Weib einander erben/ in verbe

D

Wenn

Wenn sich zwey verhehlichen/ und Wirthschafft mit einander haben/ so ist/ alsobald Sie das Ehe-Bette beschritten alle ihre fahrende Haabe zusammen vererbet: Quod tamen intelligendum est de jure successionis, quod habent in bonis mobilibus acquisitum, non verò de dominio, quod conjux, antequam alter præmoriatur, superstes non habet.

TH. XXXIII.

Sic tamen per consensum thori conjugalis mobilia affecta dicuntur, ut invito altero conjuge, nisi æquale aut acceptius, sive pingvius quid reponatur, & in illud conjux consentiat, alienari nequeant, ne quidem per testamentum, aut aliam ultimam voluntatem, quia hæc mobilia sunt velut legitima pars debita. *Wesemb. in parat. ff. unde vir & uxor. n. 3.* Portio autem ex lege debita nec testamento, nec statuto auferri potest. *l. 55. ff. de legat. 1. l. 16. ff. de min. l. fin. Cod. de liber. prat. Elias Rober. D. II. Tb. 11. Gail. lib. 2. obs. 86. n. 16 & obs. 87. n. 1. obs. 119. n. 2. Ludov. Ex ad Inst. 11X. Tb. 11X. lit. f.* Et Statutum illud XVII. prorsus elusorium & nullius momenti esset, si maritus uxori, vel vice versa uxor marito, legitimam, vel portionem statuto debitam, testamento, vel aliâ voluntate auferre, vel minuere posset. *Ludov. Roman. in autb. praterea n. 10. C. unde vir & uxor. Riminald. in d. autb. n. 3. Wesemb. in parat. ff. unde vir & uxor. Schneidervv. §. non solum. n. 12. Inst. de legat.*

TH. XXXIV

Est tamen in arbitrio utriusque conjugis superstitis situm, an mobilia præmortui conjugis, an verò cum liberis extota massa hæreditatis virilem portionem optare velit. *Remnem. memb. 2. de jur. rer. Disp. XXIIIX. de success.*

cesf. conjug. ex jur. Stat. S. XVII. lit. b. Si enim super-
stes defuncto conjugii in mobilibus succedere vult, etiam
debita defuncti in hoc postremo matrimonio contracta
solvere compellitur. *Art. 1. S.* Sie soll auch von der fah-
renden Haab / die ihr der Mann gelassen hat / alle Schuld
gelten / die Er recht und redlich mit Ihr schuldig worden /
oder auf Sie mit Recht kan gebracht werden. *Quod D.*
Benj. Schütz. Comm. ad Statut. Erfurt. par. II. tit. 4. eb.
VI. n. 3. etiam ad debita jam ante matrimonium viduæ
existentia mariti defuncti extendit, licet verba prædicti
Statuti repugnent,

TH. XXXV.

Observandæ igitur hîc sunt tres limitationes & illa-
rum prima est, quod uxor marito in bona mobilia
succedens non possit cogi, ut omne æs alienum à defun-
cto marito coacervatum exsolvat, si nimirum mobilia
non sufficiant, sed hæredes immobilium bonorum reli-
quum æris alieni, quod vires mobilium excedit,olvere
obligati sunt per art. I. Stat. in verb. oder von den Erben.
Quia hoc onus hæredibus propriè bonorum immobili-
um stricto jure competit, *l. 8. ff. de acquir. vel amitt.*
hered. l. fin. Cod. de hered. act. Nec conjux portionem
statutariam, quæ propriè hîc in mobilibus defuncti con-
jugis consistit, optans pro vero hærede habenda est; cum
instar creditricis portionem suam statutariam, tanquam
debitum hæreditatis, vel ut alij volunt, legis postulet.
Carpz. p. 3. Const. 15. def. 37. n. 4. & hæredes bonorum
immobilium alioquin cum detrimento viduæ locupleta-
rentur contra *l. 206. ff. de R. J.* denique hoc assertum re-
pugnaret legi æquitatis, secundum quam ejus personæ
factum quis præstare debet, à quâ lucrum captavit.

HI

D 2

TH. XXXVI.

Secunda limitatio est, quod inter debita hæreditaria non sit referenda pecunia defuncto ad annuas præstationes, cum pacto tamen redimendi, exsoluta: hanc enim, puta sortem ipsam (das wieder kauffl. Capital) conjux superstes, sive sit maritus, sive uxor in bonis mobilibus succedens, solvere non compellitur. Obstringitur tamen ad solvendas pensiones cessas, die verfassene wiederkauffliche Zinsen) *Schütz. Comm. ad Stat. Erfurt. p. 2. tit. 4. lb. 6 n. 7.* nec minus ad solutionem annuorum censuum, qui in recognitionem dominij de prædijs solvuntur, quatenus eorum dies cessit durante matrimonio, germ. *Bedagte/ oder Restirende Erbzinsen.*

TH. XXXVII.

Tertia denique limitatio est, quod inter debita hæreditaria à Coniuge superstite ratione bonorum mobilium solvenda, non sit referendum pretium, quod pro bonis emtis immobilibus solvi debet. Quia ejusmodi debita non sunt necessaria, sed spe acquirendi prædia contracta; conjux verò superstes non tenetur hæredibus prædefuncti conjugis quicquam acquirere, neque de Jure Civili, neque de Jure Statutario; quapropter ad exsolutionem debiti, quo ejusmodi acquisitio promovetur, cogi nequit; pro regula enim tenendum est, unumquemque sibi, non alijs acquirere. *§. alteri 18. Inst. de inutil. Stipul. l. 1. Cod. per quas person. nobis acquiritur.* Quod verò pro bonis emtis jamdum solutum est, pro bono acquisito habetur; *Schütz. d. l. Tb. 6. n. 10.* nisi bona illa in locum venditorum emta & surrogata fuerint, *Idem dic. loc. n. 10.*

TH. XXXVIII.

TH.

Hinc vidua cauta esse debet in mobilium mariti successione eligendâ, ut legitimum sibi conficiat inventarium, vel accuratam specificationem acceptorum mobilium, quò si casus necessitatis itâ ferat, eam juramento suo confirmare, & sic onus æris alieni reliquum à se inhæredem avertere possit. *Schütz. com. ad Stat. Erf. p. 2. tit. 4. Th. VII.* Quod juratæ specificationis remedium Jus Civile ignorat, aded ut hæres adiens hæreditatem spreto inventario, Creditoribus satisfacere cogatur, etiam si hæreditas solvendo non sit *l. 3. §. in fin. & l. 4. & seqq. quib. ex caus. in possess. eatur. §. hæres. 5. Inst. de obl. que ex quasi contractu l. 10. Cod. de Jure delib. §. extraneis. 5. in fin. Inst. de hæred. qualit. & diff. arg. l. 36. ff. de bonis libert.*

Non tamen Conjux superstes statim post obitum defuncti, cum vix animam exhalarit, hæreditatem adire, & inventarium facere debet, sed tempus deliberandi, & quidem anni spatium conceditur Jure Statutario, *Stat. Erf. LXX. verbis: Daß sich einer im Jahr und Tag an der Ihm zugefallen Erbschafft verschweiget. In Extract. vulgari incipit. Ein jeglicher Mann oder Frau. Rennem. Com. ad Stat. Erf. Mem. 2. Disp. XXXVI. Th. XI. lit. C. in fin.*

Inventario autem confecto, si creditores de fide ejus dubitent, majorem substantiam à defuncto relictam probent, *l. 10. §. licentia danda creditoribus Cod. de jure deliberand.* Vel si aliæ probationes defecerint, hæredi juramentum deferre possunt, ut eo mediante, nihil prætereà inhæreditate fuisse, asserat. *l. 10. §. mod. alleg. Cod.*

Cod. de Jur. deliberand. Hodie verò hæres non ad utrumque, nimirum ad inventarium & juramentum, sed disjunctim, vel ad alterutrum damnatur. *Möller. lib. 2. semestr. cap. 14.* Et sic judicatum est in *Causa Jacob Lerschens* Kinder Vormunder *Contr. Sibillen Lerschens* ihre Mutter *Die Lunepoß Exaud. Erf. Ab. 1559. verh. sent.* Das die beklagte Frau/in Mängelung eines glaubwürdigen Inventarij, dessen Verzeichniß/was in Verückung ihres Wittben Standes in Gemeintheilung über die Schulden gehörig vorhanden gewesen / oder hernachmals durch Sie in Abnützung der Güther eingenommen / vermittelt ihrem Eyde zu bestärcken schuldig. *referente D. Schüs/ cit. tit. 4. Tb. 7. n. 4.*

TH. XLI.

Hinc quæstio resultat, an hæres damnatus ob non confectum inventarium jurare debeat, an super massâ & viribus hæreditatis juramentum hoc referre possit? quod negatur, quia juramentum illud legale est, seu à lege, vel magis Consuetudine imponitur, quàm à parte parti defertur, *arg. l. 10. §. scimus. Cod. de Jur. delib. Berl. p. 1. concl. 32. n. 46. Carpz. p. 1. Const. 14. def. 8. Coler. p. 1. Dec. 123. n. 14. 15. & tract. de proc. execut. p. 2. c. 3. n. 402.* Neque hæres à parte adversà juramentum malitiæ propter dictam rationem exigere potest, *Berl. p. 1. dict. concl. 31. n. 32.* Quod tantum obtinet in casu plane non confecti inventarij, si nimirum hæredi juramentum injunctum fuerit ad patefaciendas res hæreditarias: Secus verò, si quidem inventarium confecit, sed legatarij alijve dicunt, aliquid esse omissum, vel fraudulenter commissum: quo casu juramentum hæredi quidem deferri potest; sed quia tunc pro inventario præsumitur, ne legatarij calumniosè juramentum ab hærede petere videantur, priùs de malitia

liria jurare debeant. *Andr. Raueb. p. I. quest. II. n. ult.*
Möller. lib. 2. semestr. cap. 14. in fin.

TH. XLII.

Cuicumque itaque hæredi incumpit inventarium
 conficere, cujuscunq; etiam generis sint hæredes *arg. l. fin.*
in fin. princ. Cod. de Jur. deliber. Nov. 1. c. 4. S. 2. ibi & in omni
persa. & ibi omnibus hominibus. Quod quoq; vidua observa-
 re debet, si in virilem partem cum liberis marito defuncto
 succedere velit. *Dn. Schütz. Comm. ad Stat. Erf. dist. tit. 4. th.*
20. n. 3. S. Item Michael Därner vers. Es wäre denn daß die
Wittibe und Mutter ic.

TH. XLIII.

Quamvis juxta Statutum nostrum superstes conjux,
 ut supra dictum est, prædefuncto succedat vel in moti-
 lia, vel, si velit, in virilem portionem æqualiter cum libe-
 ris, tamen non succedit æqualiter cum illis in virilem
 portionem jure proprietatis bonorum stante matrimo-
 nio acquisitorum, sed jure tantum ususfructus bona hæc
 extra divisionem, donec vivit, retinet etiamsi transferit
 ad nova vota *Schütz. Comm. ad Stat. Erf. Part. 2. Tit. 1. Th.*
15. n. 13. Rennem. memb. 2. D. 26. th. 35. lit. H. Acquisitorum
 verò nomine veniunt bona stante matrimonio acquisi-
 ta, & quæ Maritus cum Uxore, vel hæc statim post mor-
 tem mariti emit, quæ de bonis Mariti esse contentur, ut
 modò turpis quæstus suspicio ab uxore avertatur, *l. 51.*
ff. de Donat. inter vir. & uxor. l. 6. Cod. eod. Alciat. Regul. 3. pra-
sumt. 26. n. 1. Tamen super dimidia parte acquisitorum
 Patrem per testamentum disponere posse, tradit *Renn.*
Mem. 2. D. 28. th. 18. lit. C. & th. 30. lit. D. è contra
 D. Schütz Patri hanc testandi potestatem ratione acqui-
 sitorum, simpliciter tribuit, motus hisce rationibus,
 quòd statuta tantum locum labeant in casu intestati, ne-
 que

que iisdem prohibitum invenitur, non licere de acquisitis testari, ut igitur meritò Jus Civile observetur, quò uti Patri acquiritur, sic etiam de acquisitis testandi facultas eidem adimi nequit; quod lex præjudiciis firmat *d. part. 2. tit. 1. th. 8. n. 4. seqq.* Verùm id Matri existentibus liberis denegatur simpliciter, cum illa nec Jure Civili, secundum quod Patri solummodò acquiritur, nec nostro Statutario istorum dominium habet; Posteriori autem cautum est, ut Vidua saltem in acquisitione succedat, quando nulli extant liberi, in istorum verò favorem usufructu contenta sit, *per Art. 1. princ. Stirbt ein Mann der ein Ehelich Weib gelassen etc.* Sin liberi non extent, vel saltem uxori superstit ex priore matrimonio, tunc dimidiam acquisitionum posterioris matrimonij testamento liberis suis aliisve assignare posse Jure Erfurtino testatur, *D. Schütz part. 2. tit. 1. th. 8. n. 9. & p. 2. tit. 4. th. 14. n. 13.*

TH. XLIV.

Si autem Conjux superstes nolit esse hæres mobilium, sed cum liberis eligat portionem virilem, lectum nuptialem, germanicè das Ehebette / præcipere nequit, *Schütz. p. 2. tit. 4. th. 9. n. 7.* Tenetur tamen hoc casu inventarium rerum tam mobilium, quam immobilium exhibere, & cum liberis æqualiter dividere, debita quoque hæreditaria pro rata sua solvere. *Renn. Mem. 2. D. XXIX. th. XVII. lit. C.* Si verò Conjux superstes plane nullum inventarium confici curavit, specificationem rerum hæreditarum juratam edere uterque obligatus est *Schütz. p. 2. Tit. 4. th. 10. n. 3.*

TH. XLV:

Hinc quæritur an Conjux superstes elapso anno, uno vel pluribus, demum portionem virilem (ein Rindes

des Theil) ex prædefuncti Conjugis sui hæreditate petere queat, quod ob annalem præscriptionem negandum videtur juxta *Art. Stat. XIII. incipit. Ein jeglich Mann oder Frau* &c. Verius tamen est, quod etiam SCto approbatum testatur *D. Schüz p. 1. tit. 6. tb. 3.* annalem præscriptionem sc: liberis & parentibus non obstare, quia sæpe liberorum interest, hæreditatem mox in divisionem non vocari, sed potiùs communi nomine administrari, nec rei familiaris utilitatem divisione sufflaminari; & hanc sententiam præjudicijs probatam refert. *D. Schüz cit. tb. 3. n. 1. 2. & p. 2. tit. 1. tb. 18. n. 2. seqq.* prædictum autem Statutum Tit. XIII. de herede extraneo, praxi modernâ licet repugnante, hæreditatem ab alio occupatam petente accipiendum opinatur; non verò de his, qui post obitum defuncti patris in hæreditatis communi-
one, quamvis diverso jure, permanserunt; possidendo enim retinent jus hereditarium sibi vel Lege, vel Statuto quæsitum; neque de jure successionis, quo quis uti velit, non priùs aliàs quæri solet, quàm cum de familiâ herciscundâ agatur. Si verò conjux superstes ante institutum judicium familiæ herciscundæ, vel declarationem, num succedere in mobilia, an in partem virilem maluerit, morte præveniatur, existimant nostri Interpretes, ad uxoris hæreditatem tunc modò mobilia prædefuncti mariti pertinere, *Schütz, d. tb. 18. n. 5.*

TH. XLVI.

Porro superstes conjux bona in matrimonium illata jure Erfurtenfi neutiquam conferre tenetur: *Renn. Mem. 2. D. 28. tb. 24.* quia ad collationem coheredibus non tenetur; & hæc duntaxat in jure nostro inter descendentes, servandæ æqualitatis causâ, obtinet, non autem

E

inter

inter collaterales, *Arn. Vinn. tr. de Collat. cap. 5. n. 3.* Secus apud Burgundos receptum est, *vid. Chassan. rub. 7. §. 5. n. 60.* ad illos autem non referenda est Vidua, sed ratione hæreditatis mariti ejusdemque liberorum respectu extranea est, quod præjudicijs & Responsis confirmatum legitima apud *D. Schüz p. 2. tit. 4. lb. 12. n. 1. seqq.* & vel ex hoc solo *Resp. Facult. bujatis de aò. 1639.* liquet, verbis: *So seyð Ihr zwar dasselbe / was Ihr zu eurer Frau würdlich gebracht / und in Ihre Güther gewendet / zu conferiren nicht schuldig.* Jure Saxonico tamen vidua, marito succedens cum liberis aliisve mariti heredibus dotem & cuncta reliqua sua bona conferre cogitur *Elect. Const. 20 part. 3. ubi Moller. & Berl. p. 3. concl. 27. n. 37. seqq.* quæ tamen collatio Saxonica ad duos saltem casus restringenda est, si videlicet cum liberis vidua succedat, quo casu quartam; vel ijs deficientibus, tertiam bonorum partem, ex cit. Constitutione Electorali sibi debitam accipit: Cessat autem onus collationis, si successionem vel ex pactis dotalibus, vel testamento petat, quia exorbitantia, qualis est collatio in personâ extraneâ, ad diversos casus neutiquam extendi debent, sed ad rationem juris communis. *Carpz. de Const. 20. Def. 4. n. 5. & seqq. & Def. 5. Berlich. diät. loc. 11. 40. & 70.*

TH. XLVII.

Etiamsi conjuges liberos non procreaverint, tamen Jure Statutario Erfurtenſi alter alteri, ab intestato præmortuo in mobilibus & immobilibus (de quibus posterioris generis bonis κατ' ἐξοχὴν acquisita apud nos intelliguntur) constante nimirum matrimonio industriâ & studio suo acquisitis, succedit, nullâ faciendâ distinctione, utrum alter alteri in matrimonium aliquid attulerit, nec
ne,

ne, *Art. Stat. 17. tit.* Wie Mann und Weib ein ander erben; §. und alle unbewegliche: & *Art. Stat. 19. tit.* Von Erbfall: Wo aber zwey mit lediger Hand zusammen kommen / und erarbeiten Gutth mit einander. Et hujusmodi statutum, quò bona constante matrimonio acquisita sint inter conjuges communia, Juris vigorem habere, tradit post alios *Gail. lib. 2. obs. 78. n. fin. 10. & lib. 2. obs. 86. n. 15.* Cum inter conjuges sit quædam Societas *arg. l. 1. ff. rer. amot. & in l. adversus. Cod. de Crim. expil. hered. Nicol. Everhard. Consl. 53. per tot.* quæ etiam tacitè inter ipsos iniri potest, *Græv. lib. 2. concl. 90. n. 26. & seqq.* Didac. à Segutr. de lucris mariti & uxoris l. 27.

TH. XLIX.

Non incommodè hic quæritur, si maritus in area ædium, quas ante matrimonium acquisivit & ad uxorem attulit, novum ædificium, remoto vetusto, ex proprijs facultatibus postmodum in matrimonio extruxerit, & confecto eo, moriatur sine liberis, an uxor superstes illud novum ædificium ut bonum constante matrimonio acquisitum lucretur? Cujus quæstionis negativa hisce defenditur argumentis, quòd is, qui in suo solo ædificat de suâ materiâ, sine omni dubio ædificium suum facit, non tantùm ratione soli & quod solo inædificatur naturali ratione eidem cedit §. *cum in suo solo. 29. Inst. de Rer. divis. l. 7. §. 10. & 12. ff. de acquir. rer. domin. l. 50. eod. l. fin. ff. de superfic.* verum etiam ratione materiæ juxta regulam, quod ex meo fit, meum est. *l. 12. §. 3. ff. ad exhibend.* Hoc aliter obtinet, si de bonis constante matrimonio acquisitis ædificium illud extruxerit, tunc enim id quodammodò lucratur uxor superstes, ut ob id hæredes mariti ad restitutionem sumptuum in ædificium im-

penforum eidem teneantur, propter generale hoc assertum, quò, sine liberis marito defuncto, ejus superstiti uxori omnia acquisita debentur; & vice versâ, quod scitè hisce reddit vernaculâ nostrâ lingua *D. Schütz. p. 2. Tit. 4. lb. 14. n. 9.* Wenn aber der Ehemann seine Hoffstätt nicht aus dem seinigen / sondern von dem/was Er in wechrender Ehe mit seinem Weibe erworben / verbessert hat / können sich dessen Erben solcher Gebäude ohne entgeld nicht anmassen / sondern es müssen dieselbe mit der überlebenden Wittben wegen der Bau-Kosten sich vergleichen.

TH. XLIX.

Si Maritus nullis in secundo matrimonio liberis progenitis moritur, relictis tamen liberis primi matrimonij, & uxore secundi matrimonij, nec non bonis in posteriore conjugio acquisitis; hoc casu arbitrio viduæ relictum est, an virilem portionem mobilium & immobilium, exceptis acquisitis, quorum in hoc matrimonio acquirentium modò usumfructum habet, donec vivit, cum liberis primi matrimonij optare, an verò in mobilibus saltem succedere velit; quo posteriori casu & acquirentium noverca etiam usumfructum habet. *Schütz. p. 2. Tit. 4. lb. 14. n. 15.* ut tamen privignis salvam deservet substantiam. *Schütz. cit. n. 15. in fin.*

TH. L.

Conjuges verò, nullis liberis procreatis, in bonis constante matrimonio acquisitis ita sibi invicem succedunt, ut tantùm præmortui Conjugis parentibus legitima, quæ triens est, salva permaneat, si alia bona defecerint. *Schütz. part. 2. Tit. 4. lb. XV. n. 1.*

TH. LI.

Si autem liberi sint procreati, singulare est in Civitate

tate hac nostra Erffurtina, quòd per sobolis procreatio-
nem, si modò illa ex utero matris viva in lucem prodijt,
licèt ante parentes demoriatur, bona omnia, quæ tunc
temporis habuerunt, quocunque etiam honesto modo
acquisita mobilia & immobilia sibi ita faciant communia,
ut alter alterius in casu intestati hæres fiat exasse, omnibus
defuncti conjugis cognatis exclusis, præterquam quòd
parentibus illius legitima debeatur, si alia bona desint, *D.*
Schüz p. 2. tit. 4. lb. 22. n. 1. & Art. Stat. VI. Welch
Mann oder Frau/ Jung oder Alt einen lebendigen Erben/
der die vier Wände beschreyet / mit einander gewinnen / 1c.
& Art. Stat. XVIII. arg. ibidem à contrario desumpto,
ibi: Die nicht erben haben/ oder mit einander gewinnen :
Nam argumentum hoc, in sensu contrario, in statutis
quoque locum habet ad corrigendum Jus Commune;
quando scilicet statutum in sensu directo nihil operatur,
ne illud sit superfluum & inane. Everhard. in top. in lo-
co à contrario sensu 82. n. 22. in fin.

TH. LII.

Quod verò in præcedenti Th. dictum, admitti debet
de liberis, non verò de monstris & prodigijs, à forma
humana omninò recedentibus *l. 3. in fin. Cod. de Posthum. hered.*
inst. cum inter liberos non sunt referendi, qui contra
formam humani generis converso more procreantur,
l. 14. ff. de Stat. hom. quod verum esse arbitror, si partus
à forma humana omninò recedit, non verò tantùm in
parte, *vid. l. 135. ff. de V. S.* quod in dubio arbitrio boni
viri committendum est, qui dignoscatur, utrum partus à
forma humana vel in parte, vel omninò recesserit, & *ibi*
Sicbard. in l. 3. Cod. de posthum. hered. Inst. Carpz. p. 3.
Consb. 17. def. 17.

Illa tamen (ut *thema Thes. præcedentis LI. continuemus*) quæ conjuges tunc temporis, quo infans decessit, non habuerunt, sed demum post acquisiverunt, inter ipsos non fiunt communia, nec ad superstitem conjugem transferuntur. *Schütz. p. 2. tit. 4. th. 19. n. 3.* Quod non solum verum est de bonis, quæ maritus pro pretio bonorum suorum paternorum, post infantis sui obitum ad se devolutorum, redemit; quia hæc bona surrogantur in locum venditorum *arg. l. 10. §. 2. ff. Si quis caut. Bart. ibid. Eberhard. in loco à vi surrog. in princ.* verum etiam de bonis post obitum infantis constante matrimonio, ab alterutro conjugum separatim, & non communi industriâ acquisitis. *Schütz. p. 2. tit. 4. th. 19. n. 5.*

Ulteriùs quæritur, an Filij sive nepotis uxor superstes propter sobolis, ante tamen patrem suum mortuæ, procreationem, in omnibus mariti bonis, adeoque etiam in ejusdem patris, sive Avi succedat, quamvis tum temporis, quo hæreditatem patris, vel avi necdum adierit vel se eidem miscuerit? quod affirmatur de suis hæredibus, qui absque ullo ipsorum facto, ipso jure fiunt hæredes, etiam absentes & ignorantes. §. 3. *Inst. de hæred. qua ab intestat. l. 3. Cod. de Jure de liber.* Dicitur autem suus, quasi domesticus, & quodammodo sui ipsius heres *l. 11. ff. de liber. & posthum.* Negatur verò in extraneis, qui non aliter hæreditatem ab intestato jure sanguinis consequuntur, quàm si eam adierint, vel se pro hæredibus gesserint: *l. 2. Cod. ad Sætum. Orpb. l. 9. ff. de suis & legit. Raucbb. q. 15. n. 8. 9.* neque transmittunt non aditam, nisi intra annum decesserint, propter spatium deli-

deliberationis *l. 19. Cod. de Jur. delib. add. Donell. comm. 7. c. 4.*

TH. LV.

Si verò Conjuges alibi extra Jurisdictionem Erffurtensem in Saxonia fortè, nuptijs celebratis, domicilium constituerunt, postea ibidem liberis progenitis iisque præmortuis bona sua distraxerunt & suum domicilium in Erffurtensem diœcesin transtulerunt aliaque hîc bona compararunt, utrum uxor, si postea moriatur, maritus vi *Statuti VI. in Ord. verò gener. 29.* [successionis jure sibi vindicare possit? quod affirmat *D. Ben. Schûtz p. 2. Tit. 4. tb. 20.* & suam opinionem Responso *Facult. de ad. 1624.* comprobat.

TH. LVI.

Si verò alicubi consuetudo invaluit, quâ conjux conjugi præmortuo absolutè in omnibus bonis præsentibus & futuris succedit, valet quidem, modò liberis, nec non parentibus salva permaneat legitima: Nam, sicuti Statutum, generaliter disponens, liberorum & parentum legitimam non excludit, uti supra *tb. 24.* dictum est; legitima enim liberis & parentibus ex jure naturæ debetur, *l. 36. s. 2. Cod. b. r.* ut propterea Statuto tolli non possit, *Myns. cent. 5. Obs. 43. Gail. 22. Obs. 12. n. 11. Arum. Exercit. 10. tb. 19. Treutler. D. 13. tb. 11. lit. D.* neq; talis virtus pactis dotalibus, tribui potest, *vid. supra tb. 24. in fin.* semper enim pacta intelligi debent, ne alteri cuidam tertio præjudicium aliquod inferatur, nec liberi vel parentes legitima sua defraudentur: *l. 1. §. tot. tit. Cod. de in officios. testam.* Sic quoque de consuetudine judicandum est,

TH. LVII.

Quid autem in casu prædicti Statuti VI. de Pædopœia si conjuges simul mortem obiissent incertumque sit, quis illorum prior mortuus; tunc nec hæredes uxoris mariti, neque hæredes mariti uxoris hereditatem petere possunt, sed alterutrius conjugis proximi cognati ad hæreditatem sui cognati, ac si nulla pædopœia hîc intervenisset, vocantur *Schneid. ad princ. Inst. de hæred. quæ ab intest. deser. l. 9. §. 3. ff. de rub. dub. Carpz. p. 3. Const. 17. def. 12.* Nam hæredes mariti non possunt petere hæreditatem uxoris, quia maritus ipse hæreditatem uxoris nondum acquisivit: Nec hæredes uxoris petere possunt hæreditatem mariti, quia uxor præsumitur prius defuncta, quam maritus. *Carpz. p. 3. Const. 17. Def. 12. n. 4.*

Ut autem conjuges per procreationem sobolis, quæ postea, ante tamen parentes è vivis excessit, bona sua omnia sibi mutuò faciant communia & hæreditaria, sufficit, quòd vixerit tantum infans, etiamsi non clamaverit, *vid. Möller. lib. 3. Semestr. 28. n. 9. Schneidvv. §. 7. n. 7. & seqq. Inst. de bonor. poss. Coler. decis. 258. n. 7. 8. Carpz. Const. 17. def. 19.* quamvis enim indicto Statuto nostro VI. hæc habentur verba: *der die vier Wände beschreyet*: id tamen non est necessitatis, sed saltem probationis, utpote ex quo apparet, partum in lucem editum prodijisse vivum; etiamsi sonum non ediderit: Si enim aliter possit probari, quòd saltem spiritum traxerit ex utero missus, vel hoc sufficit; cum certum sit, partum illum fuisse vivum, etiamsi sonum non ediderit, *Declarat. Stat. tit. Marit. & uxor §. Conjuges procreantes filium cum seq. Rennem. D. 28. tb. 32. lit. b. Matth. Coler. part. 2. Decis. 258.* qui aliàs & per se
suc-

cessionis capax est, *vid. l. 3. Cod. d. t. postb. hered. Alb.*
& Carantz. de part. nat. & leg. c. 9. n. 32.

TH. LIX.

Quæritur autem, an statutum hoc VI. etiam intelligendum sit de illis liberis, qui sexto adhuc mense nascuntur: Lex enim *cit. 3.* requirit, ut partus non tantum vivus, sed etiam perfectè natus sit; dicitur autem perfectè natus ex mente Hippocratis, qui septimo mense editus est, *l. 12. ff. de stat. bom.* Affirmativa tamen verior *per l. quod dicitur 12. §. 1. ff. de liber. & posthum.* etiamsi non integrè sit editus partus, cum spiritu tamen, seu qui vitalis existit, sic enim testamentum rumpit *d. l. §. 1. ff. de liber. & postb.* ut, qui septimo mense, vel sex mensibus & duobus diebus lapsis, in hunc orbem devolutus est, justo tempore natus videatur. *l. 3. §. fin. de suis & legit. hered. j. l. 12. ff. de stat. bom.* sic enim, cum Bonaventurâ loquitur Alphonsus *cit. cap. 9. n. 48.* fatemur ingenuè naturæ lege fieri non posse, partum esse vitatem, nisi principium habeat perfectionis & maturitatis; humanæ verò speciei naturam & temperamentum brevioris dierum spatii quàm 182. & aliquot horis, quibus dies isti dimidiam partem anni excedunt, perfici non posse, negamus ab experientiâ, quæ sola attendi debet, contrarium nos edocente. Quamvis legibus Visogotorum, *17. sc. & 18. tit. 2. lib. 4.* quinquemestres & semestres Baptismate renati & decem dies viventes iusti & successionis capaces pronunciantur, *referente Alb. d. c. 9. n. 32.* Insuper de termino nascendi à natura homini constituto legi meretur *Paul. Zacchias qq. med. legal. lib. 1. tit. 2.* Facile fieri etiam potest, ut mater ratione unius vel plurium dierum quoad

conceptionem & dimidietatem gestationis erret, sicut disertè testatur *Albert. in l. 12. ff. de stat. bom. n. 80.* & in dubio pro legitimatione pronunciandum esse, cum ea maxime sit favorabilis *Dd. in C. tanta. qui fil. sint legit.* & statutum nostrum simpliciter & indefinite loquitur, von einem lebendigen Erben / der die vier Wände beschreyet : Partus autem imperfectus ratione temporis, ein unzeitig Kind mit dem die Mutter länger nicht / als in sechsten Monath schwanger gangen / etiam vivere potest, existimant enim Interpretes post 40. diem à conceptione foetû fieri vitalem, *Wesemb. in parat. ff. ad l. corn. de fscar. n. 7.* quocunque igitur mensè natus fuerit, dummodo vixerit & cum spiritu vivus, vel clamore auditus fuerit, Statuto satisfactum est, & ejusdem valet dispositio; quippe verbis Statuti inharendum est, & verba, prout iacent, accipienda sunt. *Wesemb. vol. Consil. 5. n. fin.* Nec movet, quòd dicta *l. 3. Cod. de posthum. hered. instit.* requirat partum perfectè natum : cum vocabulum in lege *perfectum*, denotat perfectionem non ratione temporis *l. 12. ff. de Stat. hominum* sed ratione membrorum, & quod partus perfectè exierit utero materno. *Carpz. p. 3. Const. 17. def. 18. & Jason. in l. 3. ff. de liber. & posthum. Coler. p. 2. decis. 258. n. 6. Rennem. J. R. G. memb. 1. Disp. 1. th. 13.* Vocis autem emissionem meminerunt propterea Proculiani, ut colligere licet ex *cit. l. 3. Cod. de posthum. hered.* & Statutum nostrum VI. quia signum est maturi partus; robustiores enim infantes post exitum plorantes alvi & vesicæ simul excrementa emittunt, mammas oblatas sedulo sugunt, oculos ad lucem intrepidè aperiunt & manum utramque jactant veluti alacritatis signa exhibentes. *Alph. à Caranz. d. cap. 9. pag. 445. col. 1. in fin.*

TH. LX.

Hinc observandum venit, quòd juxta hoc statutum VI. quo bona omnia conjugi fiunt propria, etiam libera illi sit testandi facultas, *arg. l. fin. Cod. de Pact.* quapropter ex juris & æquitatis ratione concedi debet, ut conjuges, sive ve maritus, sive uxor, præmortuis liberis, in dimidiâ immobilium bonorum, per procreationem sobolis devolutorum, testamento, vel aliâ ultimâ voluntate legitimâ pro arbitrio disponere possint, *Wesenb. in parat. ff. unde vir & uxor n. 3.* multo magis igitur conjuges inter se testari possunt *l. 26. ff. de donat. mort. caus.* hæc enim testamenta hodie inter conjuges rata judicantur *arg. l. 26. ff. de donat. mort. causa. Alibus, 1. Dicaol. c. 45. n. 38.* Quoties etiam conjux superstes in testamentum conjugis prædefuncti, quo alteri debita portio vel minuitur, vel aufertur, consentit, quamvis respectivè absq; Curatore, illud post istius mortem impugnare nequit, *Hier. Panschm. lib. 2. qv. 5. Carpz. p. 3. Cons. 7. Def. 14. & 15.* Ab illo autem successionis jure excluditur superstes conjux, qui divortio, vel desertioni occasionem præbuit, vel conjugem neccavit, aliasvè ob justas & graves causas. *Renem. memb. 2. Dis. 28. tb. 34.*


TH. LXI.

Omnia hæc tum demum admittenda sunt: si non aliud sit dispositum testamento, vel pactis inter conjuges; Jure enim Civili pacta dotalia omninò servari debent. *tot. tit. ff. de pact. dotal. & C. de Pact. Convent. Andr. Gail. lib. 2. obs. 80. n. 15. Berl. p. 2 Concl. 51. n. 1.* Quod verum est, quatenus ut pacta de dote & donatione propter nuptias, von Brautschatz/ mit giffte/ und gegen vermächtnuß / concepta sunt, nec bonis moribus & legibus repugnant *Berl. ibid. n. 2.* si verò de mutua successione disponunt, prorsus invalida judicantur. *Berl. dict. Concl. 51. n. 3.* quod posterius hodie limitatur, quando e-

ejus-

jasmodi conventiones inter conjuges formaliter, per mo-
 dum contractus, pactive ineuntur, ut inde illico alterutro
 vel utriq; jus nascatur, cujus tamen eventus differtur in ca-
 sum mortis tanquam adjectam conditionem; e.g Si invi-
 cem sibi conjuges donaverint, vel stipulati sint, ut tamen
 à promittentis morte, utpote conditione dependeat even-
 tus *add. Hartm. Pistor. lib. 4. qv. 3. n. 9. § 10. Cothman. Conf. 8. n. 99. seq.*
Vol. 1. Andr. Kohl. tr. de pñ. dotal. part. alt. n. 49. vers. fin. autem. 52. 55.
 & hoc convenit dispositioni Constitutionis Marchicæ
 Brandenb: Was in der Ehestiftung von beyderseits Freunds-
 schafft bedinget/ verbrieffet und beschlossen/ daß eines dem
 andern ubergibt nach seinem Todte am gelde / fahrender
 habe / oder vorthail an liegenden gründen zuvoraus ha-
 ben/ soll bey macht kräftig bleiben. Sic enim disponitur non
 pacto successionis futuræ, sed conventionione super re-
 bus, quas superstes pro præcipuo habeat. *Kohl. cit. loc. n. 56.*
 Et tale inter conjuges celebratum pactum de bonis, vel
 quotâ bonorum adeò validum est, ut insinuatione non in-
 digeat, *Tiraqvell. in repetit. l. si unquam. verb. donatione largitus n.*
47. & ibid. alleg. Dd. De succedendo autem pactum nec in-
ter desponsatas personas, nec inter conjuges, etiamsi es-
set reciprocum, valere potest l. 19. Cod. de Pact. & ibi Dd.
Hart. Pistor. d. lib. 4. qv. 2. n. 17. Non minus cessant sta-
 tuta, si à conjugibus sit conditum testamentum, vel alia
 ultima voluntas, quippe simpliciter de successione ab in-
 testato disponunt, *D. Schütz p. 1. tit. 1. th. 3. n. 1.* neque conju-
 gi testamenti factionem adimunt, quod prolixè profe-
 quuntur Declaratores nostrorum Statutorum *Faebaus*
& Schrurerius part. gener. tit. 1. quæst. prælimin. Petr.
Peck. de testam. conjug. l. 4. s. 15. Rennem. memb.
2. Disp. 46. th. 16. lit. E.

F I N I S.



B.I.G.

Farbkarte #13

A. N. 131, 92

Ya
5568

I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
DIFFERENTIIS STATUTORUM ERFURTENSIVM CIRCA JUS COMMUNE IN CASU SUCCESSIONIS,

QVAM
DIVINA AUXILIANTE GRATIA,
EX DECRETO ET AUTHORITY MAGNIFICI
JCTORVM ORDINIS IN PERANTIOVA & CELEBER-
RIMA ELECTORALI UNIVERSITATE
HIERANA,

PRÆSIDE
DN. JOH. HENR. Meiern/
D. PROF. DECR. PUBL. FACULT. JURID. h. t.
DECAN. JUDIC. PROVINC. ASSESS. &c.
PARENTE MEO VENERANDO,

Ad obtinendos in Utroque JURE HONORES
Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit
JOACHIMUS ANDREAS Meier /
ERFURTENSIS, & JUDIC. ELECT.
ADVOCAT. ORDINAR.

In Auditorio Jurid. Majoro,
Horis confvetis
Diei 17. Maji, Anno 1702.
ERFORDIÆ,

Excudebat JOH. HENR. Grosch / Acad. Typogr.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)